

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Matrimonia prolis caussa iniri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Cum esset desponsata mater Christi Maria Ioseph, antequam conuenienter, innuita est in utero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Quo exemplo monentur coniuges, ne statim, quacunque etiam de causa, vel vir uxorem, vel uxor virum infameret. Praestat iniuriam pati, quam facere. Cur euulgas, miser, quod nondum scis esse verum? Et quidem id, quod, et si verum esset, melius occulte corrigi fortasse posset, quam publica traduci infamacione. Tu autem uxor, tu marite, si innocens es, & tamen hac calumnia affigeris, Dicipara exemplum imitate, quae immensa patientia siluit, neque se ipsam, verbo uilo excusauit, sed Deo innocentiae sua causam excusationemque omnem commisit, meruitque habere Angelum excusatorem. Quod si vero uel certò constat, peccasse maritum, aut uxorem delinquisse, scito, in patientia, clypeum esse, cum alia omnia defunctorum arma. Tertia Emilia Africani prioris uxor, mater Cornelie Gracchorum, tanta fuit comitatis & patientiae, ut cum seiret viro suo ancillam ex suis gratiam esse, dissimulauerit: ne domitorem orbis Africani femina impudiciu[m] reum ageret. Tantumq[ue] a vindicta mens eius absuit, ut post mortem Africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.

Val. Maxim.
lib. 6. c. 7.

C A P V T XXXVII.

Sterilitas proli opposita, an Matrimonio, aut contubibus officiat?

Gatis dixisse mihi videor de ijs, quæ Fidem, primum matrimonij bonum, bono Deo permittente, temerant. Venio nunc ad alterum matrimonij bonum, quod est Proles, cuius præcipue gratia matrimonia ineuntur. Inde, teste Gellio, matrimoniū nomen est, quia mulier nubit, ut mater efficiatur. Matrimonium, inquit S. Augustinus, ex hoc appellatum est, quod non ob aliud debeat femina nubere, quam ut mater fiat. Nam, si bestia amant suos fatus; & gignendis conueniunt liberis, ut Arnobius ait, cur non hominibus quoque coniugia eligentibus prolis subrogandæ sit cura, & dulcedo, cum fuerit pro-

I.

Gell. 1.48. c. 6.
S. August. 1.19
cont. Faust.
cap. 26.

Arnob. ad-
uers. gent. 1.7.

M m m 3 creata

Macrobius, I. 1.
Saturnal.
cap. 16.
A Gellius lib.
87. cap. ult.

Tob. 10. 42

Prou. 17. 6.

Matth. 17. 5.

II.

Gen. 11. 30.

Gen. 16. 4.

Gen. 30. 1.

creata? Et finis est matrimonij liberum querendorum causa. Vel, ut illa, apud Ennium, ait: *Dicit me uxorem sibi liberum quiescendum gratia. Quapropter Caruilius Ruga, apud Gellium, de amicorum sententia, diuortium cum uxore fecit, quod sterilis esset iurassetq; apud Censores, uxorem se liberum querendorum causa ducere.* Hoc iubet natura, ut genus humanum conseruetur; hoc voluit Deus, ut repleatur cœlum; hoc optant coniuges, quia in prole supersunt parentes; qui in filiis imaginem suam intuentur, & solatum habent in successione. Hinc & in via dimisso, & spe tardias redeunte Tobia, flebat mater eius irreme diabolibus lachrymis atque dicebat: *Hem, hem me, fili mi, ut quid non misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostra, solatum vita nostra, spem posteritatis nostra?* Omnia finalia in te uno habentes, te non debuimus dimittere a nobis. Et apud Poëtam, magnum quiddam est, spes tanta nepotum. Quin & in sacris, corona senum filij filiorum vocantur. Enim uero ipse calcis Pater, de nube, locutus dixit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui:* quæcum Filium et si sine matre habuit, secundum diuinam naturam, ostendit tamen, in filiis est matrimonio natus esse quandam diuinitatis imitationem; quam & facunditas repræsentat, & amor, qui est erga prolem, tanquam quoddam exiūsum bonum, quo mortales, etiam post internum suum, perseverant, atque immortalitatem, quam Angeli natura habent, propagatione quodammodo assequuntur. Existimant enim, se in libertis vivere.

Hoc tale tantumque matrimonij bonum adeo multis est intermixtum malis, ut itidem homines, ob ea, quiritandi potius, quam, ob prolem, Deum laudandi celebrandique, occupationem nancisci sibi videantur. I. Quam multis proles omnino nulla datur? etiam pijs? etiam sanctis? Erat enim Sarai rilis; nec habebat liberos. Cuius ancilla Agar concepisse se videns deflexit Dominam suam. Quod quam acerbum fuerit Sarai, sequens satis indicat historia. Ita etiam cernens Rachel, quod infacunda esset, inviavit sororis sua, & ait marito suo: *Da mihi liberos, alioqui moriar.* Tantum mali est sterilitas, ut mors tolerabilior censeatur. Quin & alij sterilitate afflicti leguntur, ut Pharaon & Ma-